



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum fortitudo sit virtus? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

## 18 QVÆST. CXXIII. ART. I.

- ¶ Tertio, vtrum fortitudo sit solum circatimores & audacias?
- ¶ Quarto, vtrum sit solum circa timorem mortis?
- ¶ Quinto, vtrum sit solum in rebus bellicis?
- ¶ Sexto, vtrum sustinere sit præcipius actus eius?
- ¶ Septimo, vtrum operetur propter proprium bonū?
- ¶ Octavo, vtrum habeat delectationem in suo actu?
- ¶ Nono, vtrum fortitudo maximè consistat in repentinis?
- ¶ Decimo, vtrum vtatur ira in sua operatione?
- ¶ Undecimo, vtrum sit virtus Cardinalis?
- ¶ Duodecimo, de comparatione eius ad alias virtutes Cardinales.

## ARTIC. I.

*Vtrum fortitudo sit virtus?*

617

inf. a 3.  
4. c. 5.  
co. c. 9.  
124 a. 2.  
co. Et 3. d.  
3. q. 3. a.  
3. q. 1. co.  
et op. 42.  
1. 4. c. 17.  
et Ps. 17.  
co. 2. et 3  
Ethic. le.  
18 ff.  
\* 1. 2. q.  
57. et 62.  
13. c. 6. et  
seq. 10. 5.



D primum sic proceditur. Videtur, quod fortitudo non sit virtus. Dicit enim Apostolus 2. ad Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Sed fortitudo infirmitati opponitur. Ergo fortitudo non est virtus.

¶ 2 Præterea, Si est virtus, aut est theologica, aut intellectualis, aut moralis. Sed fortitudo neque continetur inter virtutes theologicas, neque inter intellectuales, vt ex supra dictis patet. Neque etiam videtur esse virtus moralis: quia vt Philos. dicunt in 1. Ethic. videntur aliqui esse fortes propter ignorantiam, aut propter experientiam, sicut milites: quia magis pertinent ad artem, quam ad virtutem moralē. Quidam etiam dicuntur esse fortes propter alias passiones: puta, propter timorem comminationum, vel dehonorationis, aut etiam propter tristitiam, vel iram, seu spem. Virtus autem moralis non operatur ex passione, sed ex electione, vt supra habitum est. Ergo fortitudo non est virtus.

¶ 3 Præterea, Virtus humana maximè consistit in anima:

anima: est enim bona qualitas mentis, ut supra dictū \* 1.2. q.53  
est. Sed fortitudo videtur consistere in corpore, vel ar. 4.  
saltē corporis complexionem sequi. Ergo videtur  
quod fortitudo non sit virtus.

S E D contra est, quod Aug. \* in lib. de Morib. Ec- 15. &  
clesia fortitudinem inter virtutes enumerat. 22. s. i.

R E S P O N D E O dicendum, quod secundum Philosophum in\* 2. Ethicorum, virtus est quae bonum lib 2 c. 6.  
facit habentem, & opus eius bonum reddit: vnde cir. prin.  
virtus hominis de qua nunc loquimur, est quae bonum so. 5.  
facit hominem, & opus eius bonum reddit. Bonum  
autem hominis est secundum rationem esse, secundū Dion. 4. cap. \*de diuin. nomin. Et ideo ad virtutem hu-  
manam pertinet, ut bonum faciat hominem, & opus  
eius secundum rationem esse. Quod quidem tripliciter  
contingit. Vno modo, secundum quod ipsa ra-  
tio rectificatur: quod sit per virtutes intellectuales.  
Alio modo, secundum quod ipsa rectitudo rationis  
in rebus humanis instituitur: quod pertinet ad iusti-  
tiam. Tertio modo, secundum quod tolluntur impe-  
dimenta huius rectitudinis in rebus humanis ponen-  
da. Dupliciter autem impeditur voluntas humana,  
ne rectitudinem rationis sequatur. Vno modo, per  
hoc quod attrahit ab aliquo delectabili ad aliquid  
aliud quam rectitudo rationis requirat: & hoc impe-  
dimentum tollit virtus temperantiae. Alio modo per  
hoc quod voluntatem repellit ab eo quod est secun-  
dum rationem, propter aliquid difficile quod incum-  
bit. Et ad hoc impedimentum tollendum requiritur  
fortitudo mentis, qua scilicet huiusmodi difficultati-  
bus resistat: sicut & homo per fortitudinem corpora-  
lem impedimenta corporalia superat & repellit. Vn-  
de manifestum est, quod fortitudo est virtus, in quan-  
tum facit hominem secundum rationem esse.

Ad primum ergo dicendum, quod virtus animæ nō  
perficitur in infirmitate animæ, sed in infirmitate car-  
nis, de qua Apostolus loquebatur. Hoc autem ad forti-  
tudinem mentis pertinet, quod infirmitatem carnis

B 2 for-

20 QVÆST. CXXIII. ART. I.  
fortiter ferat, quod pertinet ad virtutem patientiæ,  
vel fortitudinis: & quod homo propriam infirmita-  
tem recognoscat, quod pertinet ad perfectionem,  
quæ dicitur humilitas.

Ad secundum dicendum, quod exteriorem virtutis  
actum quandoque aliqui efficiunt, non habentes vir-  
tutem, ex aliqua alia causa, quam ex virtute. Et ideo  
*lib. 3. c. 8* Philos. in \* 3. E. hic. ponit quinque modos eorum, qui  
*so. 5.* similitudinariè dicuntur fortes, quasi exercentes actum  
fortitudinis præter virtutem. Quod quidem contingit  
tripliciter. Primo quidem, quia feruntur in id quod est  
difficile, ac si non esset difficile: quod in tres modos  
diuiditur. Quâdoque enim hoc accidit propter igno-  
ranciam: quia scilicet homo non percipit magnitudi-  
nem periculi. Quandoque hoc accidit propter hoc quod  
homo est bonus ipse ad pericula vincenda: puta, cum  
expertus est se sapere pericula evasisse. Quandoque autem  
hoc accidit propter scientiam & artem quandam: si-  
cuit contingit in militibus, qui propter peritiam ar-  
morum, & exercitium, non reputant grauiam pericula  
belli, astimantes se per suam artem posse contra ea  
defendi: sicut Vegetius dicit in lib. de Re militari, Ne-  
mo facere metuit quod se bene didicisse confidit. Alio  
modo agit aliquis actum fortitudinis sine virtute,  
propter impulsum passionis sive tristitia, quam vult re-  
pellere, vel etiâ ira. Tertio modo propter electionem,  
non quidem finis debiti, sed alicuius temporalis com-  
modi acquirendi, puta honoris, voluptatis, vel lucri;  
vel alicuius incommodi vitandi, puta vituperij, affilia-  
tionis, vel damni.

Ad tertium dicendum, quod ad similitudinem cor-  
poralis fortitudinis, dicitur fortitudo animæ, quæ po-  
*in sol. ad* nitur virtus, ut dictum \* est. Nec tamen est contra ra-  
*1.* tionem virtutis, quod ex naturali complexione aliquis  
*2. 2. q. 63* habeat naturalem inclinationem ad virtutem, ut si-  
*ar. 1.* pra habitum est †.

AR-